

77 &to, præsumit matrimonium † fuisse contractum inter illos cohabitantes. Ita gl. in c. lator, qui filii sint legiti. & ibid. Abb. Fel. in cap. per tuas, col. vlt. de probat. Dec. in cap. Ecclesia S. Marie, num. 39. de constit. Iaso. in consil. 168. col. 1. lib. 4. Curt. Iun. in consil. 52. colum. 1. & Didac. in Epitomis de sponsal. part. 2. cap. 1. numer. 5. verbi quibus addendum erit. Et iij quidem adducti sunt text. d. c. lator, qui tamen secundum Didacum non probat, quia ibi filius reputabatur, & communia opinione credebatur legitimus. Recens itaque probari ea ratio ne potest, quod præsumendum non est, quod illi mortales mori voluerot in peccato mortali, & quod propterea contraxerint matrimonium.

Dissentient tamen ab hac opinione Hentricus Boie in dicto capit. lator. & Alciat. in tractatu de præsumpto. reg. 3. præsumpt. 1. num. 3. versic. & hoc facit. Cuius quidem Alciati considerationem diluemus infra libro 6. in præsumpt. 40. vbi agemus, an filius præsumatur legitimus, & sub pars potestate.

Ceterum dubitati hic contingit, quando sola extat cohabitatio inter pares, ita quod secundum ius Ciuite præsumitur contractum matrimonium inter virum, & mulierem, secundum verius Canonicum non præsumitur, an in foro ciuili quoad filiorum legitimatem, & successionem obseruari debet lex ipsa ciuilis? Et ob 78 seruari † legem ciuilem debere, scrip. est Bald. in L. et si contra. C. de nupt. & in cap. ex transmissa, de restit. spol. Fel. in cap. illud, col. vlt. de præsumpt. Dec. in consil. 153. num. 4. Patr. consil. 13. num. 23. lib. 2. Alci. in tractat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. num. 2. Palæot. in tract. de nothis spurijsq. filijs, cap. 5. num. 7. & apectius fusijsq. cap. 19. num. 10. & eiusdem opinionis alios plures recentur & probati in consil. 490. num. 9. lib. 4. Ea ratione mon 79 tus est Alciat. quia, † quod lex Pontificia non præsumat matrimonium sola cohabitatione, est ob id, quod cū sumus in dubio peccati, sumitur præsumptio tutior pro anima, atque ita quod sit peccatum, gloss. in cap. alter. 30. quæst. 5. & in cap. vnico, de scrut. ab ord. facien. Hæc autem ratio solum locum obtinet, quoad ipsum virū, & mulierem. Lex ergo Pontificia corrigens Cælaream, aliqua ratione extendi non debet, nisi quatenus infert ipsa ratio, l. adigere. S. quanuis, de iur. patron. & tradit. Ias. in Auth. quas actiones, num. 18. C. de sacro. eccles. Ex quo sequitur (ait Alciat.) manifesta ratio differentia inter ipsos virum, & mulierem principales, & eorum filios accessorios. Q. o. casu accessorium non sequitur naturam ipsius principalis. Letis. C. de pred. min. Et prob. id (subinfert Alci.) in d. l. in libera, satis videri approbatam à iure Pontificio, quo ad filios, ex quo ratio correctionis non infert, nisi quoad vitum, & mulierem, non autem quoad filios. Nec repugnant considerationes Abb. in cap. lator, qui fil. sint legit. dissentientis, quia eis satis facit prædictato in loco Alciatus.

Quinta præsumptio, & conjectura contracti matrimonij est, quando vir & mulier † contraxerint matrimonium sub conditione, deinde carnal copula se fuxerunt. Nam tunc præsumuntur putè contrahisse, atq. ita conditionem illam remisise, c. de illis. c. super eo. & cap. 81 per tuas, de condit. appos. Et hanc præsumptionem † esse iuris, & de iure, scrip. est gl. in d. cap. de illis. Spec. in tit. de præsumpt. §. species, num. 5. versic. item si quis. Abb. in dict. cap. per tuas, in 1. not. qui dixit, quod ille qui deduxit matrimonium verum, & probat præsumptum, præsumptione iuris, & de iure, obtinere debet, cum dicatur verum matrimonium. His accedit Euer. in centuria legali, in loco à verisimili, num. 19. Hæc autem præsumptio solum inducitur, per copulam carnalem subsecutam, non autem per alias actus, utputa per amplexus, oscula, & his similia. Ita declarat Aret. in consil. 142. num. 8. quem secutus est Sylvest. Prier. in Sum-

ma, in verb. matrimonium, il 3. numero 8.

82 Sexta est præsumptio, & conjectura contracti matrimonij, quæ vir & mulier le inuicem habuerunt, & trahaverunt tanquam coniuges. Ita Bal. in l. non ignorat, n. 5. C. qui accus. non poss. qui dixit, hanc esse præsumptionē efficaciam illa, quæ à sola denominatione descendit,

83 cum facta verbis † anteponantur. Eadem sententiam probarunt alii multi à me congesti in cōs. 199. n. 5. o. lib. 2. quib. accedit Alci. in tract. de præsumpt. 3. præsumpt. 8. num. 1.

Ceterum Sal. in l. quidam, col. vlt. ff. de probat, fusijs hac de re differit, ex cuius longa, egregia tamē distinctione plures causas constitui posse, tam quād agitur de matrimonio principaliter, quam incidenter, utputa, quando agitur de legitimatione filiorum, in cuius cause antecedens incidenter tamē de matrimonio pertractare necesse est. Et similis est disputatione circa filiationem, quando scilicet ex tractatu præsumatur quis filius. Qua de re scripsi in Commentarij de arbitri. iud. lib. 2. cap. 89. num. 69. & 70. Et ad rem nostram aliquas declaraciones commemoraui in d. consil. 190. num. 50. lib. 2. sufficiat locum retulisse. Illis addo Verallum in decis. 210. num. 2. par. 2. cum dixit, tractatum non inducere conjecturam, & signum matrimonij, quando initium erat cōcupinus. Et hæc quidem præsumptio, quæ à tractatio-

84 ne sumitur, † non est præsumptio iuris, sed hominis, non enim video qua lege ita constitutum fuerit.

Septima est præsumptio, & conjectura contracti matrimonij, quæ colligitur à denominatione, cum s. vir, & mulier se † inuicem nominant coniuges, vel maritum, & vxorem. Ita scribunt Arch. in c. 1. de despōl. impub. in 6. Abb. in c. lator, qui fil. sint legit. & ibid. Præpos. Lucas de Pen. in l. 3. in præsumpt. 13. C. de apoch. publ. lib. 10. Cephal. in consil. 5. num. 18. & 19. in ciuil. Soc. Sen. in consil. 39. num. 8. lib. 1. Dec. in consil. 153. num. 3. Paris. in consil. 13. num. 25. lib. 2. Palæot. in tract. de noth. spurijs que fil. cap. 19. num. 11. & Cephal. in consil. 435. num. 60. lib. 3. Crauet. in consil. 991. num. 49. & num. 50. lib. 6. & hos secutus sum in d. consil. 490. num. 11. lib. 5.

85 Et hæc quidem præsumptio potest etiā sumi † & considerari ex persona filiorum, vt si pater nominat filios, vt legitimos. Nam præsumptio est, quod duxerit eotū matrem in vxorem. Ita scriptum reliquit Jacob. Beluis. in §. ad hoc, vers. ex hoc, in Auth. vt licet matri, & auie, qui dixit ex illo textu, hanc esse præsumptionem iuris, & de iure. Et Beluisum secutus est Lucas de Penna in dict. leg. 3. in præsumpt. 14. C. de apochis. publ. idem respondit Decius in consil. 54. col. 1. Ego verius existimo, hanc

86 Et hæc quidem præsumptio potest etiā sumi † & considerari ex persona filiorum, vt si pater nominat filios, vt legitimos. Nam præsumptio est, quod duxerit eotū matrem in uxorem. Ita scriptum reliquit Jacob. Beluis. in §. ad hoc, vers. ex hoc, in Auth. vt licet matri, & auie, qui dixit ex illo textu, hanc esse præsumptionem iuris, & de iure. Et Beluisum secutus est Lucas de Penna in dict. leg. 3. in præsumpt. 14. C. de apochis. publ. idem respondit Decius in consil. 54. col. 1. Ego verius existimo, hanc

87 † præsumptionem non esse iuris, & de iure, sed iuris tatum, quando tamen in publico instrumento, vel sua manu scripto, triumque testium subscriptione comprobato, asservat pater illumesse filium suum. Quādquidem solemnis est ista denominatio, & professio. Diversum autem est in simplicibus ipsius denominationibus, quæ ita passim fiunt inter virum, & mulierem. Nam tunc de-

88 nominationes, † hæc leuem quandam præsumptionem faciunt, & propter ea parum profunt, nisi alia conjecturae concurrant. Ita Curt. Iun. in consil. 289. num. 15. & Hier. Gab. in consil. 2. & in consil. 25. num. 44. quos secutus sum in consil. 199. num. 51. vers. respōdeo 4. Et ibidem alias nonnullas declarationes commemoraui, quas hic referre nunc supercedeo. Et dixi solum procedere, inter ipsos virum & mulier. sic se denominantes, non autem quo ad alios.

Ottaua est conjectura, & præsumptio contracti matrimonij, quæ † sumitur ex literis inuicem datis, in quibus se in uicem appellant coniuges. Ita in specie scribunt Patr. in consil. 55. num. 1. lib. 4. Soc. Iun. in consil. 29. col. 1. & 2. lib. 2. Zaf. in consil. 3. num. 7. lib. 2. Coras. lib. 3. miscella. iuris. cap. 4. num. 7.

Venit præsumptio hæc parum à superiori differt, cum illa a voce viua, hæc à mortua solum descendit.

Nona

Nona est præsumptio, & conjectura contracti matrimonij, quæ colligitur ex instrumento dotali. Ita Rom. sing. 446. Barb. in consil. 8. col. 13. lib. 2. Soc. Sen. in consil. 19. num. 5. & nu. 10. lib. 1. Cur. Iun. in consil. 95. nu. 2. & Paris. in consil. 170. numer. 8. lib. 4. Est tamen dubia hæc præsumptio ex traditis ab Inno. & alijs in cap. illud. de præsumpt. Et intelligitur, quando in eo instrumento do-

91 tis expressum † fuit matrimonium fuisse contractum. Bal. in tub. C. de priuileg. dotis. col. vlt.

92 Et rursus procedit solum † inter ipsos virū, & mulierem, non aut quod alios. Bal. in l. 2. o. 8. C. de execut. rei iud. Et idem dicimus in denominatione, vt attigi supra.

93 Decima est præsumptio, & conjectura, quæ sumitur † ex habitu, & vestitu, vt si mulier incedit vestibus honorificis, quibus vxores similium incedere solent. Ita r̄dit post alios Cephal. in consil. 435. num. 65. & 66. libr. 3. sic è contra incedens in habitu viduali non præsumitur

473. n. 2. lib. 2. sic & Cephal. in consil. 991. n. 53. lib. 6. Ita,

94 & anulum † ferre conjecturam contracti matrimonij

facit. Aret. in consil. 13. n. 4. Imo. in consil. 161. n. 6. Cephal.

in consil. 5. n. 14. & 15. in ciuib. Gram. in consil. 26. num. 14. & Cephalus in d. consil. 435. num. 62.

95 Ceterum gestationem hanc canuli, † non facere conjecturam contracti matrimonij, nisi precesserit aliquis

actus, & tractatus contrahendi matrimonium. Ita declarat Parisius & Didac. de sponsal. quos secutus sum in consil. 199. num. 52. vers. preterea & secundo. lib. 2. vbi pau-

96 lo supra scripsi, quod ita demum anuli † gestatio conjecturam hanc facit, quando mulier sciente, & paciente

viro secum habitante, anulos ita desert, quod dixi

scripsisse Butrium, Abbatem, Alex. & Parisum in locis

97 ibi commemoratis. Ita è contra quād vir habuit † mulierem male inuidit, & patientem facere ea, quæ non

conuenirent ei si foret vxor, non præsumitur ab eo dūta in uxorem. Ita Cephal. in d. consil. 5. n. 5. in ciuibibus.

98 Undecima est præsumptio, & conjectura contracti ma-

trimonij, quando † priusquam vir carnaliter cognoscet mulierem, mulier ipsa dixit se nolle ab eo cognosci nisi honestè, & cum honore, & vir consenserit. Ita Barb. in

consil. 6. colum. 4. li. 1. qua de redubitat valde post alios

Neuz. lib. 2. Sylva nupt. in fi.

99 Duodecima conjectura, quæ sumitur à fama vicina.

c. illud, de præsumpt. & scribunt Aret. in consil. 13. Deci.

in consil. 163. n. 3. & Mascal. in tract. de probat. concl.

1025. qui alia ad rem trad. t.

Prædicta tamen præsumptions, & conjectura omnes nihil hodie prodest possunt vt tanquam matrimonium obseruuntur. Quandoquidem Sacrostante Cœilio Tridentino sessio. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij sancitum est, matrimonio non conferi legitimè contraria, sed omnia clandestina, & ob id nulla nisi præsen-

te Parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarii licentia adhibitis alijs solemnitatibus fuerit nō sunt,

700 rursus contrahere si velint ex decreti præscripto, adhibito parocho, & testibus, hoc ordinarius concedere debet nisi sanguinis coniunctione aut propinquitate, aut alijs

sacrorum Canonum exceptionibus excludantur. Qui

idem ordinarius, in eos qui matrimonium sine parocho, & testibus contraherint, tum in eos etiam qui istiusmodi contraria interfuerunt, pena arbitria an-

maduertere debet.

Matrimonium an præsumatur contractum anuli traditione, vel immissione, vel gestatione diligens explanatio?

S V M M A R I V M .

1 Anuli traditionem signum esse aquiuocum.

2 Anulo tradito expresso consenserit, vel sponsalia, vel matrimonium contractum censetur.

3 Anuli traditio, regulatur secundum expressa verba, & actum precedentem.

4 Anulus si mulieri tacenti traditus sit à viro, verbis matrimonium significantibus, præsumitur matrimonium contratum.

Id etiam procedere in muliere non intelligente viri verba, sed manum tantum porrigeente, n. 5.

6 Anulo tradito si nil dictum sit secundum loci consuetudinem, vel matrimonium, vel sponsalia præsumuntur.

7 Anulo tradito in apparatu matrimonij, præsente sacerdote, vel ad foras ecclesie, matrimonium præsumitur, etiam in loco ubi anuli traditio nil significaret.

Et quid si in eo loco traditus sit à patre, sine matrimonij apparatu. num. 8.

Anulum mulieri tradens filius eiusque digito immittens, non in ap-

- in apparatu matrimonij, quid presumatur.
 10 Anulus quando defertur quidem, at dixito non immittitur, nil presumit.
 11 Anulus traditus est non immisus dixito puerilla, quando tamen presumit faciat matrimonium contratum, & n. 12.
 12 Anulus gestans mulier viro cohabitans, si de traditione à viro facta non constet, matrimonium non presumit.

P R A E S V M P T. II.

Est & frequens disceptatio, an matrimonium præsumatur contractum traditione, vel immissione, vel gestatione anuli, & quanquam anuli traditio sit signum aequiuocum, ut tradit Abbott. in c. vlt. in fi. de despont. impub. Et Thom. Sanchez Societatis Iesu in tracta. de matrim. lib. 1. disputat. 22. num. 1. qui alios refert. Verum tamen per se significat contractum fuisse matrimonium. Quo autem hæc apertius explicitur, constituo, atque distinguo aliquot casos.

1 Primus est quando traditus est anulus & expresso cō sensu accedente, quo vel sponsalia tantum, vel matrimonium contrahere declarant vir, & mulier. Hic casus est clarus, quod scilicet sit vel matrimonium, vel sponsalia, si cuti expressus consensus significat. Ita Host. in titul. de spons. §. quot sunt species. Lapis alleg. 55. nu. 5. Butr. in c. vlt. n. 8. vers. ad propositum, & ibi Abb. in fi. de desp. impub. Paris. in cons. 60. num. 48. lib. 4. Bero. quest. 6. & Did. in epitome de spons. cap. 4. num. 3. in clavis enim non est opus coniecturis. I. ille aut ille. §. in versis. de leg. 3. Regulatur & enim anuli traditio secundum expressa verba, & præcedentem actum.

4 Secundus est casus, quando traditus est anulus & adhibitis verbis à viro significantibus matrimonium, & mulier tacet. Hoc casu præsumitur matrimonium. Ita affirmarunt glossi. in cap. tuæ, & in cap. si inter. de spons. Butr. in d. c. si inter. num. 9. idem in cap. vlt. num. 8. vers. quandoque subarratio intercedit. spons. & ibi Abb. in fi. de despont. impub. Did. in d. cap. 4. numer. 3. Sanchez in dic. disput. 22. num. 3. Est ratio, quia tacens hoc casu pro consentiente habetur, imo factio ipso consentit, dum patitur anulum immitti. atq. u. Paul. ff. rem ratam hab. solent enim puella ob verecundiam, præfertim si adfuit parentes, tacere. Imo scribit post Host. Lap. allegat. 56. num. 13, quod etiam si mulier non intelligit & verba viri, sed porrigit manum, & anulus dixito immittitur, contractum esse matrimonium. Idem scripsit Præpos. in d. c. vlt. n. 1. de despont. impub.

Tertius est casus quando traditus est anulus, & nihil sicut dictum, & sumus in loco, in quo anuli traditio, significat vel sponsalia, vel matrimonium. Hoc casu præsumitur vel matrimonium, vel sponsalia secundum loci consuetudinem. Ita Butr. in d. cap. vlt. num. 8. vers. quandoque interuenit subarratio. Abb. in capit. illud. de præsumpt. Lapis in d. alleg. 56. num. 14. & 16. Aret. in consil. 13. num. 4. Cæpolla in consil. 1. num. 14. versic. item etiam in ciuitibus. Bero. in d. q. 6. col. vlt. versic. vel secundo id. Did. in d. cap. 4. num. 3. in fi. Paris. in consil. 55. lib. 4. Sanchez in d. concil. 22. n. 2.

Quare insert Zabarel. in d. c. si inter. q. 2. de sponsal. & in d. cap. vlt. quest. 1. de despont. impub. quod cum hic Padua extet consuetudo, vt detur anulus in contraheendo matrimonium, in dubio anuli traditio à viro facta significabit matrimonium fuisse contractum. Et Aret. in consil. 13. n. 4. inquit hanc consuetudinem esse in tota Italia notoriæ. Imo fortius affirmat eo loci Are. quod anuli immisso significat presumptum matrimonium.

Quartus est casus, quando sumus in loco, quo anuli traditio & nihil significat, & anulus est traditus in apparatu matrimonij, præsente sacerdote, vel ad foresecclesia. Hoc casu præsumitur matrimonium. Ita Butr. in

cap. vlt. n. 8. vers. si nihil disponit. Aret. in consil. 23. nu. 4.

Quintus est casus, quando sumus in loco, in quo & anuli traditio nihil significat, & anulus est traditus à patre sine apparatu matrimonij. Hoc casu est clarus, quod non præsumitur matrimonium. Ita Butr. in d. capit. vlt. num. 8. vers. aut hoc sit de despont. impuberum, quod loci Butr. vel suboscure loquitur, vel Codex est corruptus, legitur enim in nouè impressis, aut hoc sit in apparatu. Existimo esse legendum negatiæ aut non sit, cum paucis supra posuerit casum affirmari. Et hic casus apud me non habet dubitationem. Imo crediderim, qd etiam si pater tradidisset anulum in ipso apparatu matrimonij nihil egisset, nisi consenserit filii tradidisset.

Sextus est casus, quando ipsem filius & non apparatu matrimonij, tradidit anulum mulieri, & immittit in eius dixito. Hoc casu, inquit Butr. præcitat in loco, præsumitur contractum matrimonium. Ego certè valde dubito, quandoquidem ubi non sumus in apparatu matrimonij, videtur potius id actum causa futuri matrimonij, atque ita præsumi debent sponsalia. Nisi dicamus, Butrum loqui quando in loco extat consuetudo, quod anuli immisso significet matrimonium.

10 Septimus est casus, quando defertur anulus & dixito non immittitur. Hoc casu non præsumitur matrimonium, sed sponsalia. Ita Butr. in d. cap. vlt. num. 8. versic. si autem defertur, de despont. impub. Idem in cap. illud. num. 7. de præsumpt. Sanchez in d. disput. 22. n. 4. Nam talia munuscula (inquit Butr.) quandoque interueniunt inter virum, & mulierem. Idem respondit Aret. in consil. 13. num. 4.

Octauus est casus, quando sumus in apparatu matrimonij, & verba prolatæ sunt dubia, an significet matrimonium, vel sponsalia, & traditus est & anulus, sed non immisus dixito puella, & non constat de loci consuetudine. Hoc casu crediderim præsumi matrimonium, quanquam anulus non fuerit immisus dixito puella. Nam immisso requiritur, nisi alijs signis præcedentibus aut sequentibas significetur matrimonium. Ita senserit Capol. in consil. 1. numer. 14. versicul. item etiam in ciuitibus. & Paris. in consil. 55. num. 44. & consilio 60. numero 48. lib. 4. & apertius Bero. in quest. 6. col. vlt. vers. preterea. Idem verè sensit Lapis alleg. 96. num. 17. ver. sed quando factum, quem fecuti sunt Abb. in cap. illud. num. 13. de præsumpt. & Barb. in consil. 6. col. 12. & 17. lib. 1. & omnium clariss. Preposit. die. cap. vlt. num. 4. prope medium. de despont. impub. Sanchez in d. disput. 22. in fine.

Nonus est casus, quando sumus omnino in dubio an anuli immisso, vel traditio significet matrimonium. Hoc casu (inquit Butr. in d. c. vlt. num. 8. in fi.) iudicandum & erit pro matrimonio. cap. vlt. de re iud. vel consulendum erit princeps. iux. cap. 1. de transact. Ita & Ab. in d. c. vlt. in fi. Et accedit quod Aret. in d. c. consil. 13. num. 4. & 5. post aliquos respondit, solam ipsam anuli immisionem sui natura significare matrimonium fuisse contractum.

13 Decimus est casus, qd non constat de aliqua & anuli traditio à viro facta, sed mulier cum viro illo habitas gestat anulum. Hoc casu non præsumitur cum viro illo contractum matrimonium. Ita Oldr. in consil. 159. n. 6. Ies. in p. feud. n. 12. ver. ad contrarium, & scripsimus supra hoc lib. p. feud. 1. in coniectura decima.

Matrimonium vel sponsalia, quibus verbis contractum præsumatur?

S V M M A R I V M.

1 Matrimonium præsumitur contractum quando verba proferuntur de presenti, veluti accipiam te in vxorem, &c.

Liber Tertius. Præsumpt. III. 273

- 2 Sponsalia contracta solum præsumuntur, quando verba sonant in futurum, & significant principium actus tantum.
 3 Matrimonium an præsumatur contractum, quando verba sonant in futurum, sed tamen significant executionem actus perfecti, & consumati.
 Et quid si præcessent verba significativa sponsalia. nu. 4.
 5 Matrimonium præsumi contractum, quando verba præcedentia sunt dubia, sequentia vero certa, matrimonium significativa.
- 6 Sponsalia tantum præsumi contracta his verbis, nolo accipere te in sponsam, & uxorem, & in te consentire, per verba de presenti.
 7 Matrimonium contractum censihi his verbis, nolo habere alia in uxorem nisi e. Item per verba, promitto quod non habeo aliam in uxorem, nisi te. nu. 8.
 9 Matrimonium potius, quam sponsalia in casu dubio, præsumitur.

P R A E S V M P T. III.

- 10 Quintus est casus, præter Abbatem, & alios in d. c. ex parte, quando verba & præcedentia sunt dubia, vt quia possunt significare sponsalia, & matrimonium, sequentia vero sunt certa, matrimonium significativa, vt si vir dicit. Non ducam aliam in uxorem, & accepto te pro uxore. Hoc casu verba prima dubia recipiunt interpretationem a sequentibus certis, sicut diximus superiore casu verba dubia sequentia recipere interpretationem a præcedentibus claris. Et in specie respondit Io. Ferret. in d. consil. 21. numer. 1. & numer. 2. qui consuluit, contractum fuisse matrimonium his verbis. Sete voi contenta d'esser mia moglie, secondo che altre volte m'hauete promesso? Et mulier respondit, che si. Et si enim illa verba. Secondo che altre volte m'hauete promesso, sunt verba præteriti temporis, & significativa sponsaliorum, attamen quia illa subsequetia, Sete voi contenta d'esser mia moglie, significant contractum matrimonij, respondit Ferretus esse matrimonium. Et illo in loco declarat traditionem Abbatis ibid. c. ex parte. & Alex. in consil. 153. nu. 3. lib. 5. Et in specie, sic & ego ipse respondi in consil. 366. n. 36. vers. quintus est casus.
- 11 Sextus est casus, quando & verba in contractu proferruntur de presenti, vt si vir dicit, accipio te in uxorem, & è contra. Hoc casu contractum dicitur matrimonium cap. pen. de spons. Ita docuit Abb. in cap. ex parte, num. 7. in primo casu de sponsal. & ibi Zabarella in 1. notab. & apertius Butr. num. 10. versic. primus quando. & Angel. de Clauasio in summa. in verbo matrimonium. il 2. num. 8. Secundus est casus quando & verba sonant in futurum, & significant principium actus tantummodo, vt si vir dicit promitto, quod te ducam in uxorem. Hoc casu solum præsumuntur contracta sponsal. capit. de illis, & cap. pen. de spons. Abb. in d. cap. ex parte, numer. 7. versi. quandoque verba sonant in futurum, & tunc aut &c. Et idem apertius scriperunt ibid. Zabarella in q. 2. & Butr. n. 10. vers. secundus casus. Alex. in consil. 153. n. 2. lib. 5. & Io. Bapt. Ferret. in consil. 159. n. 1. & in consil. 281. num. 3. qui refert alias declarationes.
- 12 Tertius est casus, quando & verba sonant in futurum, sed tamen significant executionem actus consumati, seu perfecti: & alia verba non præcesserunt, vt si vir dicit, promitto, quod habebo te pro legitima uxore. Hoc casu aliquorum est opinio, contractum præsumi, atque censihi matrimonium. Ita Abb. in d. cap. ex parte, num. 7. vers. quandoque verba sonant in futurum, & tunc aut &c. & ibid. Zabarella in q. 1. & Butr. n. 10. versic. quandoque profertur verba executiva. Ea ratione vñ sunt, quod nō potest vir habere illam pro legitima uxore, nisi præcedat matrimonium. Hæc enim verba significant executionem matrimonij; vnde tacite videtur de presenti contrahere, ex quo obligat se ad executionem arg. d. c. de illis. de spons. Et subiungit Abb. quod hic casus maximè procedit, si apponantur hæc verba ab hoc tempore, vel de cetero, vt si dicit, promitto, quod habebo te de cetero pro legitima uxore.
- 13 Quartus est casus, quando verba sonant in futurum, & significant executionem actus consumati, atque perfecti, sed tamen & præcedent verba significativa sponsalia, vt si vir dicit promitto quod ducam te in uxorem. Et tenebo te pro legitima uxore, hoc casu censentur cōtracta sponsalia tantummodo, ita tradunt Abb. in d. cap. ex parte. num. 7. vers. hæc procedunt nisi & ibid. Butr. num. 10. vers. fecus. in verbo, te ducam. Rom. sing. 338. Ale. in

Tomus Primus. S. pat. 2.